

Doctissimo Waterhousio, Med. Doct.
Amico suo perquam dilecto
P. et officia J. D. Flahn

Comuni noster Amicus, Joannes Veirac
Medicus Rotterodamensis, mihi per litteras
Significavit: familiarem suum, H. van
Limborgh, virum honestum sed fortuna
minus prospera usum, propediem in
Americam borealem esse profecturum; se
vero optare, ut hic vir Tibi et notus et
probatus sit — Hanc ad Te scribendi
opportunitatem libenter arripio, partim ut
meum erga Te amorem, quem nulla mi-
nus dies, Tibi significem, partim ut
voto Veiracii nostro satisfaciam. Cum
enim Tua humanitas mihi perspecta sit
nullus dubito, quin Limborghium con-
silio tuo adjuvare haud gravatum sis.
Uxor et liberi mei Te plurimum salutant
et mecum vota pro Salute Tua et pros-
peritate nunquam. Fac queso, vir
amicissime! ut sciamus, ubi sis, quid agas?
Leida c. d. 25 Aug. 1702.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



0

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

Doctor Waterhouse
Physician — to the care
of his father ~~at~~ the Honorable
Mr Justice Waterhouse
~~Boston~~
Newport Rhode Island